

eur; ex jussu Domini Geminiani Episcopi ipso  
præsente Aper Presbyter subfcripsit. Atque hujus  
funeri interfuisse S. Severus Ravennas potuit,  
quod & hic, & in ipsius Severi Vita, prima  
Februarii refertur. Rubeum arguunt, quod ma-  
lè constituerit initia Episcopatus S. Severi, remis-  
sive. Vitam autem S. Geminiani exhibent, quam  
scriptam conjicunt post tempora Lutprandi ex  
verbis; Sed vobis tibi Ravenna misera vicina  
destructæ Classi. At hæc ipsa conficiunt, Scripto-  
rem illius vita post Agnelli nostri tempora vi-  
xisse, etenim non modo verba illa, sed tota nar-  
ratio de S. Severo, S. Geminiani funus curante  
de verbo ad verbum ex Agnello ipso descriptis,  
prout utraque conferenti constabit.

VIII. Hæc omnia simul de implicita bacce  
questione scripta eruditio alias Lectori exponere  
vix est, ut facilius rationum momenta, conje-  
cturarumque argumenta perpendantur, & unico  
veluti conjectre quidquid doctius de Ravennatum  
Præfulum antiquissim s temporibus, & successione  
in hanc usque diem prolatum est, cognoscatur.  
Quandoquidem autem, & mihi pro suscepta pro-  
vincia onus incurbit, quid sentio in medium ex-  
ponere, id pergam agere ea quidem methodo, ut  
anuiscuiusque ex aliis sententiis ita perpendam  
hypothesem, ut eorum incommoda minimè dissimu-  
lem, ob que ab illis recedere cogor; hinc progre-  
diendo ostendam esse unum, quod sanè considerari  
deberat, nec consideratus est, licet in eo situs  
sit totius ferè negotii cardo; denum exponam,  
qua mihi necessariā conjecturā, dicendi videbun-  
tur. Interim paucis his opera pretium esse reor  
complexi Rubei, Baronii, & Bollandi, socio-  
rumque sententias, qua in hunc ferè modum in  
epitomem redigi posse censeo.

IX. Rubeus dñni certis terminis singulorum  
Episcoporum etate, Agapito defuncto circa tem-  
pora Alexandri Severi successorum dicit Marcelli-  
num, qui fidem tenerit usque ad initia Aurelia-  
ni Imperatoris, & Gaii Pontificis, unde ceperit  
Episcopatus Severi paulo post Sardicense Conci-  
lium, defuncti anno CCCXLVIII.

Severo subrogat Agapitum II, & Agapito Li-  
berum, qui vivente Julio Pontifi defuncti sunt.

Concilium Romanum alias anno CCCXXXVII  
confignet, celebratum dicit anno CCCXLVIII,  
cui adfuerit Agapitus II.

Baronius ante Severum tenet immediate sedisse  
Agapitum. Severum probabiliter Episcopatum ce-  
pisse Constantio IV, & Constante III. Cos.

Concilium Romanum, cui Agapitus interfuit,  
anno CCCXXXVII. celebratum.

Bollandus, & Socii conveniunt cum Baronio cir-  
ca initia Episcopatus Severi, & tempus Concilii  
Romani, cui Agapitus interfuerit.

Sentient Severo præcessisse Marcellinum, Mar-  
cellino Agapitum.

Severum circa annum CCCXC. obiisse.

Potuisse ante tempora Agapiti, & Marcellini  
Severum alterum sedisse, illum videlicet, quem uti  
Martyrem Ecclesia Ravennas veneratur, qui al-  
teri antiquiori item Marcellino successerit.

A

## CAPUT SECUNDUM.

Incommoda uniuscuiusque ex allatis Sententiis.  
Tres solum Episcopos spatio CXLII. anno-  
rum implendo non sufficere. Acta veterum  
Episcoporum antiquis Scriptoribus ferè igno-  
ta. Ecclesiæ Sanctis dicatae, conventusque  
frequentissimi Christianorum an Aureliani  
tempore? Agapitus II. ignotus omnibus ante  
Rubeum scribentibus. Concilium Romanum  
perperam ad annum CCCXLVIII. dilatum.  
Marcellinus inter Agapitum, & Severum  
sedit. Idem incommodum in Bollandi senten-  
tia. Marcellinum satis diu vixisse Agnel-  
lus afferit.

B

I. S ententia Rubei plura sanè incommoda pa-  
titur; etenim nescijs rei testes antiquissi-  
mos proferat, vix obtinebit à cordato Lectore, ut  
credat spatiū ferè CXLII. annorum à solis tri-  
bus Episcopis Agapito, Marcellino, & Severo  
occupatum fuisse, cuius quidem temporis major  
pars sevus persecutions, ac inter alias Diocletia-  
neam dicturniore, crudeliorumque ceteris, sit  
perpetua. Quod si de aliis Sanctis longavis sanè si-  
milia narrantur, id creditur, cum testes rem tam-  
en adstruendo idonei proferuntur, alias minimè.  
Verum quid fieri potuit, ut Rubeo seculo sextode-  
cimo scribentis notum fuerit tempus, quo quisque  
Ravennas Episcopus antiquus sederit, cum id igno-  
raverit Agnellus seculo nono scribens, qui proinde  
solus S. Apollinaris tempus apponit, & paucorum  
insuper eorum, à quorum etate minus absunt?  
Longavos quidem nonnullos indicat, sed à decen-  
nando annorum, mensum, dierum numero, ferè  
ubique abstinet. At id quidem Agnelli aeo ignor-  
atum illud conficit, quod omnia, quæ is de Severo  
narrat, non lieta, sed à senioribus sibi relatâ  
dit, unde agnoscat, nec prædecessorum, nec Se-  
veri Acta for pia tunc adhuc extitisse, & illud  
unum ex tabulis probari potuisse, quod scilicet cer-  
ta serie vias alteri sufficere fuisse, Severumque  
Sardicensi Concilio subseruisse.

C

II. Illud etiam incommodi accedit, quod faci-  
tis multò emundioris nazis eruditæ solennitatem  
electionis, & loci qualitatem, ubi sit facta, de-  
scriptas ab Agnello, & ex Agnello à Rubeo ini-  
tio libri secundi, acquiescent, ut credant, si hu-  
iusmodi Historia evenisse dicatur temporibus Filio-  
rum Constantini, quam scilicet narretur Aure-  
liano, seu, ut ibidem, Probo, vel Caro cum fi-  
lis Carino, & Numeriano Imperantibus. Tem-  
plum tribus munitum Portis D. Theodoro dicatum,  
et reliquæ vix credent (quorum tamen sententiam  
non probbo) qui tenent ante Constantini tempora,  
etiam cum Ecclesiæ à persecutionibus respirabat,  
loci Christianos habuisse quidem, ubi ad Synaxes  
congregabantur, sed ea in dominibus Privatorum,  
& in sublimioribus adibus collocata, quæ non  
alio, quam Domini totius domus nomine, voca-  
bantur. Ibidem autem, ajunt, conuentus factos  
ea frequentiæ; quam ad eis bujusmodi non satis ma-  
gna patiebantur, & ea prudenti cautela, ne con-  
veniens modus Gentilium animos, religionemque  
movearet; quare in Episcoporum electionibus conve-  
nisse quidem par est cum Clero Populum, sed ad-  
missis tantum Proceribus, qui testimonium grave  
de eligendi merito præbituri crederentur. Quod  
pertinet ad Temporum, seu Ecclesiarum formam,  
& publicitatem, probantes Sancti alicujus nomine  
vocatam nullibi sacram ædem fuisse, multa con-  
gerent, ex veteri Ecclesiastica Historia, ac maxi-  
mè Titulos in Urbe Equiti, Panmachii, Cab-  
listi,

D 2